



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. VI. De reliquis Officialibus rerum temporalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

peculiare statutum est in Regulis Procuratoris Domus Professæ, id expositum est P. 3. C. 7. Sect. 2.

SECTIO VI.

De Reliquis Officialibus rerum temporalium.

Plerique sint ex Nostris, & quo numero.

*i P. 1. C. 2. §. 2.
& A. & P. 3. C.
2. §. 7. & H. &
P. 4. C. 3. §. 2. &
C. 6. B. C. & C.
10. §. 6. 7. & H.
& C. 1. D. 103.
& R. Prov. 39.
& In. 6. §. 4. &
C. 7. D. 82. §. 3.*

A quo designandi.

1. **R**eliqui pro temporalibus rebus Officiales, aut plerique, aut omnes (nam Scholastici, & Novitii ex parte possunt aliquando adhiberi) sunt Coadjutores temporales. Cum quibus Superior hæc ferè servabit. Ne plures sint, quàm eorum obsequii necessitas poscat, præsertim in iis, quæ honestius domi, quàm foris fiunt. Cujusmodi sunt in magnis Domibus, Coquus, Dispensator, Emptor, Janitor, Infirmarius, Lotor, Tonsor, Præfectus horti, Sacrista, Scriptor, & eleëmofynarum Curator, ubi ex his vivitur: erit autem prudentiæ Superioris eos augere, vel minuere. *i*

2. Exceptis quibusdam, quorum electio ad Provinciam spectat, eos Superior Domus prudenter constituat; quomodo suis fungantur Officiis, consideret: & prout in Domino convenire judicabit, vel in

in eisdem Ministeriis detineat, vel ab iisdem removeat; sed quos deprehenderit idoneos, non facile mutet. ^l

3. Juventur in spiritu hebdomadaria Institutione; quam præstat à Superiore ipso haberi, tum quotidiana meditationis explicatione, & frequenti alloquio: ^m & ipsimet Regulas officiorum suorum singulis hebdomadis in memoriam revocent. ⁿ Reliqua à Superiore circa Coadjutores curanda, vide supra Par. 3. Cap. 6. Constitutionæ autem plerisque hujusmodi Officialibus Regulæ, in Cod. Regularum relatæ sunt pag. 140.

C A P U T V.

De Vice-Provincialibus, Vice-Præpositis, Vice-Rectoribus, & Superioribus Residentiarum, & Missionum.

1.  Non est dubium à Præposito Generali constitui posse, qui vices gerant, vel Superiorum Provincialium, vel Localium; cum penes illum facultas hoc in genere, summa sit in Societate, ut supra dictum est P. 6. C. 1. Sect. 3. Quamquam Vice-Provin-

M m cia-

1 P. 4. C. 10. §. 5.
6. & E. & R.
Præp. 6. Rect.

5.
Quomodo in pietate erudiendi.

^m P. 4. C. 4 B.
& C. 7. D. 80.
§. 19. & C. 8.
D. 38 §. 4. &
R. Præf. Spir.
7. & Or. 2. §.
16. & In. 8. §.
1. 1.

ⁿ P. 4. C. 10. F.
& R com. 49.

Generalis facultas ad eos constituendos.